

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Gottl. Heineccii, IC. Potentiss. Prvssor. Regis A Consil.  
Secret. Ivr. Ac Philos. In Ill. Frideric. Prof. Pvbl. Ord.  
Observationes Theoretico-Practicae Ad Istitvtiones**


**Heineccius, Johann Gottlieb**

**Francofvrti Ad Viadrvm, MDCCLXIII.**

**VD18 13013149**

Versvs Memoriales Praecipvarvm Ivris Materialarvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18268**



VERSUS MEMORIALES  
 PRAECIPVARVM  
 IVRIS MATERIARVM.



TITVLI ROMANORVM.

*Illustris primus; medius spectabilis; imus  
 Ut lex testatur, clarissimus esse probatur.  
 Et superillustris praeponitur omnibus istis.*

OFFICIUM STUDIOSI IVRIS.

*Si quis forte velit iuris consultus haberi:  
 Continuet studium: velit a quocumque doceri;  
 Inuigilet, nec uincat eum tortura laboris:  
 Fortior insurgat, cunctisque recentior horis.*

CONTENTA XII. TABVLARVM.

*Ius triplex tabulae quod ter sanxere quaternae:  
 Sacrum, priuatum, et populi commune quod us-  
 quam est*

IMPEDIMENTA MATRIMONII.

*Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,  
 Cultus, disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas  
 Si sis affinis; si forte coire nequibis.  
 Haec facienda uetant connubia, facta retractant.*

PERSONAE, QUIBUS PROHIBITVM MATRIMONIUM.

*Nata, soror, neptis, matertera, fratris et uxor,  
 Et patruu coniux, mater, priuigna, nouerca,*

*Vxorisque soror, priuigni nata, nurusque,  
Atque soror patris, coniungi lege uetantur.*

DIFFERENTIA INTER ADOPTIONEM ET  
ARROGATIONEM.

*Arrogo, qui suus est, sed habet meus esse necesse.  
Patris adopto suum, sed patris permanet idem.*

DIFFERENTIA INTER RELEGATVM ET  
DEPORTATVM.

*Qui deportantur, semper poena cruciantur.  
Poena relegatis est temporis, estque perennis.*

CAVSSAE FINIENDI TVTELAM.

*Suspicio, crimen, mors, conditio, status, aetas:  
Tempus, caussa, solent tutelae ponere metas.*

CAVSSAE ALIENATIONIS REI  
ECCLESIASTICAE.

*Vtilitas, incommoditas, pietasque necesse,  
Res alienari permittunt ecclesiarum.*

REQUISITA VSVCAPIONIS.

*Non usucapies, nisi sint tibi talia quinque,  
Res habilis, iustum tempus, bona caussa, fidesque,  
Non data per dominum, possessio continuata.*

CAVSSAE REVOCANDAE DONATIONIS.

*Restitui donata placet, si uerbera primo,  
Vel graue donanti dedecus intulerit;  
Struxerit insidias uitae, dederit graue damnum;  
Aut si pactorum uult temerare fidem*

QVIBVS PROHIBITA ALIENATIO.

*Coniux, ecclesia, furiosus, menteque captus,  
Prodigus atque minor, existens sub patre natus,  
Aduersans fidei, maiestatis reus: isti*

*Res*

*Res alienare proprias de iure uetantur  
Praetactō debet sub iure decurio scribi.*

## QVI ALIENA ALIENANT.

*Princeps, augusta, iudex, ac officialis.  
Tutor, curator, procurator, fluuiusque,  
Creditor, exactor, praelatus, seruus habentur  
Hi numero bis sex alienantes aliena.*

## QVIBVS TESTARI NON LICET.

*Testari nequeunt impubes, relligiosus,  
Morte damnatus, et sub patre filius, obses,  
Prodigus, et stultus, dubius, seruus, furiosus,  
Crimine damnatus, cum muto surdus, et illum,  
Qui maiestatem laesit, iungamus oportet.*

## CAVSSAE EXHEREDATIONIS LIBERORVM

*Bis septem ex caussis exheres filius esto:  
Si patrem feriat, si maledicat ei.  
Carcere conclusum si negligat, aut furiosum,  
Criminis accuset, uel paret insidias.  
Si dederit damnū graue, si nec ab hoste redemit,  
Testariue uetet, se societue malis.  
Si mimos sequitur, uitietque cubile paternum,  
Non orthodoxus, filia si meretrix.*

## CAVSSAE EXHEREDATIONIS PARENTVM.

*Si pater accuset capitalis criminis, aut se  
Adiungat mimis, uitaeque est insidiatus,  
Testari prohibet gnatum, dirumque uenenum  
Praeparet, inclusum si carcere, uel furiosum  
Negligat, et ueram contemnat religionem.*

## DE QVANTITATE LEGITIMAE.

*Quatuor aut infra dant natis iura trientem:*

*Semis-*

*Semissim uero dant natis quinque uel ultra,  
Arbitrium sequitur substantia cetera patris.*

COMMODA HEREDIS INVENTARIUM  
CONFICIENTIS.

*Commoda habet septem heres inuentaria condens:  
Non ultra expendit, quam quantum accepit, ut heres,  
Falcidiam seruat, quaeque actio competit illi  
Contra defunctum, hanc retinet, quotquot faciebat  
Impensas, heres repetit, nec cogitur ulla  
Soluere, quam quae exstant, condentem nemo  
molestat  
Creditor, et primo persoluit rite petenti.*

DETRACTIO FALCIDIAE QUANDO  
CESSET?

*Falcidiam cessare facit pars debita natis,  
Dos, miles, uetitum, libertas, sponte solutum,  
Res uetitae uendi, pietas et chartula, crimen:  
His heres, si non facit inuentaria, subsit.*

SUCCESSIO AB INTESTATO.

*Res intestati capiunt gradus inferiorum  
Qui si defuerint, subit hinc gradus anteriorum.  
Cum patre succedunt fratres ab utroque parente,  
Sed tamen hos comitatur auus patre deficiente.  
Fratres ex uno, fratres remouent ab utroque.  
Post fratres sobolemque suam quo quemque priorem  
Dixeris esse gradu, de iure scias potiolem,  
Matri succedes o nate per Orphitianum.  
Inuidiam portat e contra Tertyllianum.*

FORVS. FORVM.

*Caussatur, uenditque forum, signatque foramen:  
Alta fori loca sunt, datque carina foros.*

DE-

## DEBITVM ANNVM.

*Annua si debes, tunc inspicias caput anni:  
Anno si debes, in fine teneberis anni.*

## MVLIER FIDEIVBENS.

*Casibus in denis mulier spondendo tenetur:  
Pro libertate, et pro dote, renuntiet, et si  
Decipiat, pretium capiat, caueatque secundo,  
Debenti si succedit, si debita cepit,  
Sin minor est credens, si commoda propria gessit.*

## EMPHYTEVTA.

*Res perit tota, tunc nil dabit emphyteuta:  
Si pro parte perit, non ita liber erit.*

## LIBELLVS.

*Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, et a quo,  
Recte compositus quisque libellus habet.*

## ACTIONES BONAE FIDEI.

*Emti, conducti, mandati, depositique,  
Pignora, ciscundae, communi, pro socioque,  
Dotis et heredis, tutelae, commoda, gestor,  
Praescriptis uerbis, permutat et aestimat: ista  
Dico bonae fidei, stricti sunt cetera iuris.*

## NOXIA ET NOXA.

*Noxia delictum, delinquens noxa uocatur.*

## INSIVRANDVM CALVMNIAE.

*Illud iuretur, quod lis sibi iusta uidetur,  
Et si quaeretur uerum, non inficietur,  
Nil promittetur, nec falsa probatio detur,  
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.*

## ACTIONES INFAMANTES.

*Iudice damnatos infames reddit ubique,  
Quod ui diripitur, iniuria, furta, dolique,*

*Actio*

*Actio, mandati, tutelae, depositique  
Directae si pro socio, communis utroque.*

## EXSECVTIO SENTENTIAE.

*In personali post menses quatuor: in re  
Protinus est omnis sententia perficienda.  
Sic in criminibus: sed casus excipe quinque:  
Confessus, praegnans, iratus, et infuia, seruus.*

## LEGES DAMNATAE

*Damnetur mater, damnetur lectaque frater.  
Damnetur Gallus, damnetur filius eius.*



*est. Müll. Böhm. ent. 7974.*